CC BY NC SA

**stipulus, a, um.** *adi.* ETYM stipulari*; et de origine lexicae familiae disceptatur, cum consideres utrum* stipulus *a* stipula *secundum Isidorum, an a* stipes *secundum iuris consultos proueniat; immo robur et duritia stipitis adiectiuum hoc fortasse genuerat, ut 'firmus' intellegeretur, nisi ab initiis ipse lexicam familiam generauerit ut quasi firmam pactionem facere significaret.* ¶ *firmus seu certus* • *firme o seguro* [REL →firmus] 📖 ISID Orig 5.24.30. Dicta autem stipulatio ab stipula. ueteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant [siue quod stipulum iuxta Paulum iuridicum firmum appellauerunt]. INST Iust 3.15. uerbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione, cum quid dari fieriue nobis stipulamur. ex qua duae proficiscuntur actiones, tam condictio, si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta. quae hoc nomine inde utitur, quia stipulum apud ueteres firmum appellabatur, forte a stipite descendens.